Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-223932-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-223932-p0002-8

1764, 5.

41

DISSERTATIO IVRIDICA SOLLEMNIS
DE

# PATRE DIVIDENTE INTER LIBEROS ET OFFICIA VNIVS EORVM SINGVLARIA VALIDE REMVNERANTE, BONIS LICET MATERNIS, E RESERVATO SVO ADSIGNATIS

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO
DOMINO FRIDERICO II
HASSIAE LANDGRAVIO REGNANTE, PRINCIPE
HERSFELDIAE COMITE CATTIMELIBOCI DECIAE ZIEGENHAINAE
NIDDAE SCHAVMBVRGI ET HANOVIAE RELIQVA

---

IN VNIVERSITATE LITTERARIA MARBVRGENSI
AVCTORITATE ET CONSENSV
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
PRO GRADV DOCTORIS
RITE CONSEQVENDI
ACADEMIAE PROCERVM EXAMINI PVBLICO
DIE OCTOBR. CIↃIↃCCLXIIII.
SVBMITTIT
AVCTOR

THEOBALDVS SCHANTZ
MARBVRGENSIS.

MARBVRGI
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA VNIVERS. ACAD. MVLLERIANA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-223932-p0003-3

14

# INTROITVS
## QVODDAM CAPVT ΔΙΚΑΙΟΛΟΛΙΚΗΣ.

§. I

Iuſti ſcientiam vocant Graeci *δικαιολογικὴν*, diuiduntque illam in dicaeologicen, ſpeciatim dictam, dicaeodoticen et dicaeocriticen. Dicaeodotica vti vel amittens vel adquirens deprehenditur; ita haec verſatur aut circa naturalem adquiſitionem aut ciuilem. Ad ciuilem refero vel vſucapionem vel ſucceſſionem. Haec abit in ciuilem praetoriamue. Illam partiuntur in teſtamentariam ac legitimam. Teſtamentum conſpicimus nunc plenum ſeu SOLLEMNE, nunc minus ſollemne, quod l. 21 §. 1 C. de teſtamentis vocat IMPERFECTVM, id eſt, cui teſtes non ſubſcripſerunt, nec ſigillis illud firmauerunt.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-223932-p0005-5

## §. II
## HISTORIA LEGISLATIONIS DE PATRISFAMILIAS DIVISIONE INTER VIVOS AC POSTEA TESTAMENTI PARENTVM INTER LIBEROS. LIBERI CVM VIVO PATREFAMILIAS IN DOMINIO QVASI.

Auctor eſt IVLIVS PAVLLVS a), qui IMPP. SEVERI et CARACALLAE conſiliar. et IMP. ALEXANDRI praefectus praetorio erat, liberos cum patrefamilias in dominio quaſi fuiſſe: QVASI olim hi DOMINI eſſent, qui etiam viuo patre QVODDAMMODO DOMINI exiſtimantur. Factum ideo eſt, vt liberi habiti ſint heredes ſui. Hinc in XII tabb. lex I tab. V: SEI. PATERFAMILIAS. INTESTATO. MORITOR. QVOI. SOVOS. HERES. ESCIT. - - cet. b) Quapropter liberi hereditatem non adibant, ſed retinebant c), quorum antea fuerunt quodammodo domini, ac liberam illorum, mortuo patre, adipiſcebantur adminiſtrationem d). Inde ſui heredes vocabantur, ac ſi ſui ipſius forent heredes, puta filius, filia, nepotes, neptes, pronepotes, proneptes, ac deinde maſculino ſexu poſt filium deſcendentes, cuncti tamen in poteſtate defuncti conſtituti e).

a) in l. XI D. de lib. et poſtum. hered. inſtit.

b) inter LL. XII tabb. apud IO. NICOL. FVNCC. p. 226, 1744, 4t., IACOB GOTHOFREDVS in fontib. quatuor iuris ciuilis ita legit: AST S-INTETATO MORITVR, CVI SVS HERES NEC ESCIT cet. col. 95 operum iuridicorum minorum, curante CHRISTIANO HAINR. TROTZ, fol. mai. 1733, et T. III theſauri iuris EVER. OTTONIS tab. V, 1733, fol. mai.

c) l. XII §. vlt. D. de bon. libert.

d) dicta l. XII de liber. et poſtum, ANTON SCHVLTING iurisprud. anteiuſtin. p. 408, 1737, 4t maiori, GE. CHRIST. GEBAVER de patria poteſtate §. 10 diſſert. 1 p. 69 1750 4t.

e) GEBAVER de ſucceſſione

## §. III
### OPTIMVM PATRIS CONSILIVM CENSETVR PRO LIBERIS CAPTVM.

Viuus paterfamilias princeps, non vero liberorum dominus e), cui ſenium et prudentia adminiſtrandi bona conciliauit, qui optime norat liberorum ſuorum imaginem, mores et adfectus, diuidebat bona ſua inter liberos, inteſtatus deceſſurus.

## §. IV
### DIVIDERE SOLEBANT PATRES BONA SVA INTER LIBEROS. TESTAMENTVM PATERNVM INTER LIBEROS IGNOTVM VETVSTIS.

Auctor eſt vir immortalis et ICtus ſummus AEMILIVS PAPINIANVS, cui mortem attulit ſaeuities IMPERATORIS ANTONINI BASSIANI CARACALLAE A. C. CCXI, patrem inter liberos viuum diuiſiſſe bona ſua f). De parentum teſtamento inter liberos, eoque haud ſollemni, ſilent digeſtorum libri. Teſtamenta quidem patrisfamilias nemo ignorat. Loquuntur illa XII tabulae. PATERFAMILIAS· VTEI· LEGASIT· SVPER· PECVNIAI· TVTELAIVE· SOVAI· REI· ITA· IOVS· ESTOD· g). Subinde tamen legando paterfamilias bona diuidebat inter heredes. Docet hoc PAPINIANVS h): ſi paterfami-



inter ingenuos iure ſanguinis ab inteſtato ciuili, ſect. I p. 2 ſq. 1723, 4t.

e) prout ſibi perſuaſerunt CORNELIVS VAN BYNKERSHOEK et IO. GOTTLIB. HEINECCIVS, in viam ideo reducti A GEBAVERO in diſſertationib. de patria poteſtate.

f) l. 32 D. famil. erciſc. Erat PAPINIANVS SVB IMPERATORE SEPTIMIO SEVERO magiſter libellorum et praetorio praefectus.

g) l. 1 tab. V edente IO. NICOL. FVNCCIO p. 220, 1744, 4.

h) l. 13 D. de heredib. inſtit. § 1, 2, 4, 5, 6 et 7.

familias, inquit, ſingulis heredibus fundos LEGANDO, DIVISIONIS ARBITRIO fungi velit cet. Legitimo ac ſollemni modo teſtans paterfamilias hereditatem diuiſiſſe ac diſtribuiſſe legitur, teſte DOMITIO VLPIANO, TYRO, in SYRO PHOENICIA, oriundo, magiſtro ſcriniorum ſub IMPERATORE SEPTIMIO SEVERO A. C. CXCIII ac praefecto praetorio IMPER. ALEXANDRI SEVERI A. C. CCXXII i).

## §. V

### SOLLEMNI TESTAMENTO INTERDVM FIRMABANT DIVISIONEM.

Teſtem cieo Q. Ceruidium Scaeuolam, quia iura docuit Imperatorem Septimium Seuerum et Aem. Papinianum k).

## §. VI

### IMPERATOR DIOCLETIANVS PRIMVM IVBET, ARBITRVM SEQVI VOLVNTATEM PATRIS DIVISORIS.

CAIVS AVRELIVS VALERIVS DIOCLETIANVS DALMATA A. C. CCLXXXIIII ad Imperatoris faſtigium aſcendit atque A. C. CCLXXXVI, Caeſarem iam biennio ante adpellatum, Herculium, Pannonium, collegam Imperii adſumit, fuit, qui voluit, vt arbiter ſequatur voluntatem patris, ſi hic cogitatione futurae ſucceſſionis, officium arbitri praeueniendo, qualicunque INDICIO ſuam declarauerit voluntatem l).

§. VII

i) l. 13 D. de heredib. inſtit. § 1, 2, 4, 5, 6 et 7.

k) in l. 39 § 5 D. famil. erciſc.

l) l. 21 C. famil. erciſc.

## §. VII
### EXTENSVM ET FIRMATVM IT IMPER. CONSTANTINVS M. HANC DOCTRINAM.

CONSTANTINVS et MAXENTIVS A. C. CCCVI Auguſtorum inſignibus ſunt ornati. Periit tamen MAXENTIVS A. C. CCCXIII, quo exſtincto vſque ad A. C. CCCXXXV CONSTANTINVS cum LICINIO imperauit. Hoc autem interemto Conſtantinus I ſolus rerum eſt potitus ac fato functus A. C. CCCXXXVII, quum annum fere ſupra triceſimum imperauiſſet. Agebatur A. CCCXIII, poſtquam IMPER. CAESAR FLAVIVS VALERIVS MAXIMVS AVGVSTVS reſcripſit ad VERINVM vrbi praefectum. Proſtat haec conſtitutio in CODICE THEODOSIANO m). Mire interpolauit illam TRIBVNIANVS Pamphylius, magiſter officiorum, exquaeſtor atque exconſul, quod IACOBVS dolet GOTHOFREDVS, n) intexuitque repetitae praelectionis codici o).

## §. VIII
### EPITOME HVIVS CONSTITVTIONIS.

I Vult CONSTANTINVS MAGNVS, vt diuiſio a patre inter liberos ſuos facta, etiam teſtamento coepto, aut non perfecto p) valeat. Hoc dicebant, quod ſollemnibus carebat requiſitis. Sufficere, ait Conſtantinus I, minus ſollemnem patris vltimam voluntatem.



m) lib. II tit. 24 p. 222. T. I. edente IACOB GOTHOFREDO, 1736 fol.

n) 225 l. d.

o) lib. 3 tit. 36 l. 26, quae incipit: inter omnes.

p) IACOB. GOTHOFREDVS in commentar. ad cod. Theodoſian. haut fert vocem IMPERFECTO, ſed vult legi: NON PERFECTO.

II Attamen deſiderat heredes ſuos in vltima patris diſpoſitione.

III Nullos requirit teſtes Imperator, qui ſubſcribunt teſtamento aut illud ſignis firmant.

IV Iure inteſtati valet eiuſmodi paterna diſpoſitio. Firmat hanc theſin IMPERATOR THEODOSIVS II, qui patri Imperatori cum Arcadio anno CCCCVIII ſucceſſit q).

V Conſtituit CONSTANTINVS M., vt nulla attendatur inaequalitas, vtrum magna ſit? an modica?

VI Teſtamentum patris haud ſollemne valet, ſiue ſcriptum fuerit, ſiue nuncupatum. Egit de hoc capite ARNOLDVS VINNIVS r).

VII Diſertis verbis heredes SVOS exprimit, excluditque liberos naturales.

VIII Admittit IMPERATOR heredes liberos quoque legitimatos ac praetorii iuris heredes.

IX Num Imperator Conſtantinus I fuerit primus auctor huius legislationis? de hoc inter ſe diſcordes video ICtos, inprimis IACOBVM GOTHOFREDVM s), et ANTONIVM FABRVM t), quorum hic CONSTANTINVM I ius

q) Nou. 9 quam inſeruit Iuſtinianus l. 2 C. de teſtam.

r) ſelectar. iuris quaeſtionum lib. II cap. 18 p. 471-476, edit. Eſtorianae, 1755, 12. Erat P. P. Leidenſis, anno 1657 fato functus, ſequens HVGONIS DONELLI dogmata, GERHARTVMQVE TVNNINGIVM exſcripſiſſe perhibent Vinnium.

s) Profeſſorem iuris Geneuenſem a. 1619, deinde decurionem ibidem a 1629, ac tandem e duumuirorum numero, 1652.

t) Eques ac baro Perogii, gubernator prouinciarum Sabaudi-

ius plane nouum de hoc argumento propoſuiſſe negat; ille vero adfirmauit, nouamque legislationem Conſtantino tribuit. Ego interea ſileo huius Imperatoris titulos, nomina et epitheta, quae collegit Hubertus Goltzius u). Epitheta, quae Parentes filiis ſuis ac filiabus tribuebant, nec in diuiſionibus ſcriptis omittebant, idem tradidit y). Ceterum promulgata fuit haec Conſtitutio CRISPO II et CONSTANTINO II COSS. z)

## §. IX

### DIVISIO BONORVM MATRE IVBENTE, INTER LIBEROS FACTA, INQVE EA VOLVNTATE DECEDENTE, OMNINO VALET.

IMPERATOR CAESAR, FLAVIVS VALERIVS CONSTANTINVS MAXIMVS, PIVS, FELIX, AVGVSTVS, PATRE IMPER. CONSTANTIO CHLORO natus apud NAISSVM anno CCLXXII, nouam promulgauit CONSTANTINOPOLI conſtitutionem anno Imperii XXII, Coſſ. CONSTANTIO et MAXIMO a). Nulli quidem licebat viuen-

baudicarum cis Alpes atque ſupremi Senatus Camberiacenſis 1624, de erroribus pragmaticorum, XXXV errore VI.

u) col. 126-128 theſauri rei antiquariae huberrimi 1644 fol. et P. ANTON SCHOTT S. Ieſu p. 248 faſtorum magiſtratuum et triumphor. Romanor. cum figuris, Antuerpiae 1644 fol.

y) l. d. col. 177 ſq.

z) Flauius Iulius Criſpus filius erat Conſtantini I natu maximus, Caeſar a. CCCXVII. Polae interfectus a. CCCXXVI inſtinctu nouercae Flauiae Maximae Fauſtae. Alter Conſul erat Conſtantius, Imperatoris Conſtantini I frater conſanguineus, quem fratris filius Conſtantius occidi iuſſit a. CCCXXXXVII.

a) ANTON. PAGI criticae in annales CAESARIS BARONII p. 419 T. I, 1727 fol.

viuentis hereditatem diuidere. Non licet tamen illam diſtributionem reuocare liberis; quoniam viuentis atque volentis hereditas eſt b). Modo perſeuerauit in ea voluntate mater.

## §. X

### REPETITIO LEGIS CONSTANTINI I. TRIBVNINIANI EMBLEMA.

Imperator Iuſtinianus c) hanc in codice repetitae praelectionis immutatione quadam „ ſuam fecit iterauitque d). „ Defuncti, ait, diſpoſitio cuſtodiatur, etiamſi ſollemnitate „ haec conſtitutio fuerit deſtituta „.

## §. XI

### IMPP. THEODOSII II ET VALENTINIANI III NOVA HAC DE RE CONSTITVTIO.

Imp. Theodoſii I ex Arcadio nepos Theodoſius II Orientem ſuſcepit anno CCCCVIII, tutore Anthemio. Imperabat Romae Honorius, Theodoſii M. filius iunior. Quo decedente anno CCCCXXV ſucceſſorem Romani Imperii nanciſcitur Valentinianum III. Illi nomina e) haec: D. N. Flauius Theodoſius iunior, pius, felix, Auguſtus, natus X apr. anno CCCCI, diem obiit ſupremum die 29 Iulii a. CCCCL, imperauit annos XLVI m. VI. Valentiniani III tituli erant: D. N. Flauius Placidus Valentinianus III, pius, felix, Auguſtus. Natus Rauennae anno CCCCXVIIII,

b) Conſtantinus I in l. 2 C. Theod. de familia herciſcunda et Imp. Iuſtinianus in l. 30 de pactis.

c) eius titulos collegit P. ANDREAS SCHOTT p. 267, l. d. Adi pariter HVBERTVM GOLTZIVM l. d. col. 137 ſq.

d) l. 26 C. famil. erciſſ.

e) P. ANDR. SCHOTT p. 263, GOLTZIVS col. 134.

CCCCXVIIII, in campo Martio confoſſus periit a. CCCCLV f).

## § XII

### ARGVMENTVM CONSTITVTIONIS THEODOSIANAE.

Seruauit illam IMP. IVSTINIANVS libro codicis VI titulo XXIII, vbi § 1 haec conſtituiſſe perhibet Impp. illos anno CCCCXXXVIIII: „ ex IMPERFECTO autem teſtamento, inquiunt, voluntatem tenere defuncti, niſi „ inter SOLOS LIBEROS (a PARENTIBVS VTRIVSQVE ſexus) habeatur, non volumus. Quam ex inſtituto exponere tentauit g) IOANNES DAVTH, Ochſenfurto Francus, Syndicus primo Brunſuigae, deinde anteceſſor Lipſienſis, tum Syndicus Magdeburgenſis, qui viuere deſiit a. cIↄIↄCXXI, natus annos LXXVII.

## § XIII

### IVSTINIANEA NOVELLA CONSTITVTIO DE DIVISIONE PARENTVM INTER LIBEROS.

Anno Imperii IVSTINIANI X et Chriſti IↄXXXV prodiit nouella conſtitutio, quae eſt XVIII, agitque capite VII de parentum inter liberos diuiſione.

## § XIV

### IMP. IVSTINIANI AVGVSTI CONSTITVTIO II DE VLTIMA PARENTVM VOLVNTATE INTER LIBEROS.

Agebatur annus IↄXLI, quum IMP. IVSTINIANVS de vltimis voluntatibus, inter liberos confectis, conſtitutionem

B

f) HVBERTVS GOLTZIVS l. d. col. 134.

g) in explicatione ad l. hac conſultiſſima C. de teſtam. p. 424-457 adiecta operi eius de teſtamentis 1611 fol.

nem nouellam CXVII promulgaret, conſule BELISARIO, ſiue, vt rectius legitur, BASILIO, h) anno regni Iuſtiniani XV. Acuta pragmaticorum natio ſibi perſuadet, Iuſtinianum eſſe primum, qui iuſſit, diem adiicere teſtamento paterno maternoue; quum tamen tantum dixiſſet: quando dies adſcribitur: illud fiat propria teſtantis inter liberos manu. Teſtamentum ſcriptum cunctum, cui tempus adpoſitum erat, a die atque conſule incipiebat. Vocabant: προγράφειν χρόνον, praeſcribere ſiue praemittere tempus. At male hoc interpretantur: SVBSCRIBERE. Actis publicis tempus praemiſſum fuit; i) actis vero priuatis tempus in fine videbis adiectum k).

## § XV

### AVTH. QVOD SINE ET AVTH. HOC INTER.

Seruat codicis liber VI tit. XXIII l. 21 duas authenticas, quas dixi. Summa primae eſt: I vt teſtans inter liberos vel teſtamentum faciat holographum, vel illi ſubſcribat: II vt non ſcribatur notis: III adiiciatur tempus: IV vt

h) IO. ALB. FABRICIVS bibliothecae graecae Vol. XII p. 349, 1722, 4t.

i) l. 13 D. de accuſat.

k) DESIDER. HERALDVS penes Magnificum, dum viueret, Procancellarium IO. ERIDERIC. HOMBERGK ZV VACH in nouellar. verſione noua p. 720 nota 11, nou. CVII, 1717, 4t. Add. CLAVD. SALMASIVS in ſpecim. confutationis animaduerſionum DESID. HERALDI ſiue tractat. de ſubſcribendis et ſubſign. teſtam. p. 143, 1648, 8. Adnotatio diei praecepta legitur l. 4 C. de diuers. reſcript. Ratione teſtamentorum obſeruetur monitum VLPIANI l. 2 § 6 D. teſtam. quemadm. operiantur, CHRISTIANI HAINR. ECKHARTI introd. in rem diplomaticam p. 174, 1742, 4t. Idem ſentit Bonifacius VIII capit. 9 de reſcr. in VIto, VLRIC. THOMAS LAVTERBACH collegii theor. practici lib. I tit. 4 § 13 p. 76 T. I, 1726, 4t.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-223932-p0014-5

vt nomina contineat liberorum et portionem his adſignatam l).

## § XVI

### QVID IMPERATORI IVSTINIANO VENIAT TEMPORIS ADNOTATIONE?

Graecos Romani imitabantur, ſicut nos ſequimur Gallorum inſtituta. Tempus ſcripturae cuiusdam nomine eius, qui archontis munere fungebatur, deſignabant Graeci m). Factum idem legimus Romae ratione conſulum, vt ab his nominarentur anni vſque ad annum CHRISTI IↃXLI ſiue vrbis conditae annum 1292, ex quo Imperatorum annis tempora fuere ſignata, IVSTINIANO ita iubente. Nec omittenda cenſeo, quae de C. IVLIO CAESARE ac OCTAVIANO CAESARE AVGVSTO memoriae prodidit hac de re C. SVETONIVS TRANQVILLVS n), QVINTVM ANTISTIVM LABEONEM, TREBATII diſcipulum ſileo o).



l) CHRISTOPH. PHILIPP RICHTER P. II expoſitionis authenticar. p. 95-101, 1661, 4. IO. BRVNNEMANN in commentar. ad codicem p. 704 ſq. 1738, fol., CONRAD. RITTERSHVSIVS expoſitione nouellarum Iuſtin. methodica p. 294 ſq. 1669, 4.

m) IO. ALB. FABRICIVS bibliographiae antiquariae p. 477, 1713, 4.

n) in vita IVLII CAESARIS cap. XX § 5 p. 56 et in OCTAVIO CAESARE AVGVSTO cap. I § 2 p. 397 T. I edente SAM. PITISCO 1690, 8. mai. Adi quoque CHRIST. HAINR. TROTZ de memoria propagata p. 220 ſq. Traiecti 1734 8 mai., et HERMANNVM HVGONEM de prima ſcribendi origine atque ibidem TROTZIVM 1738, 8. mai.

o) in l. 28 D. de probat.

## § XVII

### PROHIBET IMPERATOR IVSTINIANVS NOTAS SIGLASQVE.

Scribendi compendiis vtebantur Graeci ac Romani. Notae generatim ſumtae, ſigna ſunt, quibus voces integrae compendiaria ratione exprimuntur. Sub notis veniunt quoque ſiglae. Strictiori ſenſu hae ſunt litterae ſingulares, quae voces integras denotant: notae autem ſymbola ſignificant, quae innuunt voces p). Notas TYRONIS ac SENECAE cum eruditis communicauit IANVS GRVTERVS q).

## § XVIII

### EPISTOLA PARENTIS INTER LIBEROS EX TESTATI CAVSSA ITEM CODICILLI.

De his iuris idem eſſe, quod de teſtamento dixi, nemo non videt.

## § XVIIII

### DIFFERENTIA TESTAMENTI PARENTVM INTER LIBEROS ET DIVISIONIS PARENTVM INTER NATOS NATASVE SVOS.

Diligentiam ſuam hoc in argumento commonſtrauit IOANNES DAVTH, oſtenditque veram differentiam r).

§ XX

p) CHRIST. HAINR. ECKHARD hermeneuticae iuris p. 34, 1750, 8. mai. E. gr. mille per ſiglam exprimitur M; per notam vero cIɔ.

q) Replent paginas CC. Adiectae ſunt operi eius, cui inſcriptum: inſcriptiones antiquae, fol. ac poſtea II tomis fol. mai., cura IO. GE. GRAEVII, 1707 fol.

r) in explicatione l. hac conſultiſſima C. de teſtam. num. 10 ſq. p. 430 ſq., quae adiecta eſt tractatui eius de teſtamentis.

## § XX
### DEFINITIO DISPOSITIONIS PARENTVM INTER LIBEROS.

Eſt declaratio voluntatis ſemper reuocabilis parentis, de bonis ſuis, quae tempore mortis habuerit, a liberis ſuis vniuerſali ſucceſſionis iure adipiſcendis, ſalua tamen legitima portione. Parens mihi hic dicitur quiuis aſcendens, pater ſit ſiue mater, auus auiaue, proauus, proauiaque.

## § XXI

Prout teſtamentum eſt actus legitimus s), quo quis de bonis ſuis poſt mortem ſuam iure ſucceſſionis vniuerſali deuoluendis, diſponit; ſeu t) eſt vltima voluntas directam heredis inſtitutionem continens; ita illud voco vltimam voluntatem, liberorum gratia ex legum praeſcripto declara-

 tam,

s) ALB. DITER. TREKELL de origine teſtamentifactionis p. 191, 1737, 4t.

t) HERMANNVS VVLTEIVS commentar. ad Inſtit. p. 244, 1613, 4, optimus definitionum magiſter. LVDOVIC. AVGVSTVS WÜRFFEL § 524 iurisprud. ciuilis definitiuae p. 269, 1749, 8, eſt, deſignatio, ait, eorum, ad quos omnia iura et omnes obligationes noſtrae poſt mortem pertinere debeant, quaeque ab iis fieri volumus, teſtamentum dicitur. Viro acutiſſimo IO. ALTHVSIO p. 163 dicaeologicae num. 5, 1649, 4t, maiori, eſt actus de futura delatione et acceptatione bonorum ſuorum, ſiue eſt recte ac rite facta ſuprema conteſtatio de bonis et hereditate ſua, et de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri cupit, morte teſtatoris et ſucceſſoris aditione confirmata. GOTLL. GERHART. TITIVS, qui definitionum artifex audit, lib. VII iuris priuati cap. II § 3 p. 861, 1724, 4, teſtamentum vocat vltimam voluntatem, ſollemniter declaratam, qua perſona habilis in euentum mortis, ſucceſſorem vniuerſalem deſignat, et alia legibus haud improbata, pro lubitu diſponit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-223932-p0017-2

tam, vt parentis bona ſucceſſionis vniuerſalis iure deuoluantur. Legum praeſcriptum eſt adnotatio diei, menſis, annique. Compara tamen ea, quae § XVI monui. II denominationem liberorum cunctorum requirit. III cuncta non per ſigna, ſed litteris integris ſunt exprimenda.

## § XXII

DIVISIO TESTAMENTI PARENTALIS. u)

Obuenit vel ſcriptis vel nuncupatione ſola.

## § XXIII

QVID SCRIPTVM?

Hoc vocant, quando parens vltimam ſuam voluntatem de bonis ſuis, vniuerſali ſucceſſionis iure in liberos ſuos deuoluendis, declarat in ſcriptis.

## § XXIIII

REQVISITA.

Vt ſit holographum, vel parens ipſi ſaltim ſubſcripſerit, immo, ſi velit ille, liberi ſubſcribant huic parentali voluntati vltimae. Quo tamen euentu oriri pactum ſucceſſorium putant, quod vero ius ignorat Romanum. Et

u) Vton hac voce auctore PVBL. OVIDIO NASONE lib. IV triſtium, elegia X ℣. 87: ſama, PARENTALES, ſi vox mea contigit, vmbrae, T. III operum p. 530 cura B. CNIPPINGII, 1702, 8. mai. Adde IO. MATTHIAM GESNERVM T. III theſauri linguae Latinae, col. 693 fol. mai. T. III, 1749, ROBERTVM STEPHANVM theſauri linguae latinae T. III col. 415, 1741, fol. mai., COELIVM SECVNDVM IVRIONEM fori Romani T. III 1704 fol. p. 39. Vſus quoque hoc vocabulo CYPRIANVS reſte MATTHIA MARTINIO lexici philoloci h. v.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-223932-p0018-7

Et Coloniae vicinisque regionibus liberos ſubſcribere parentis teſtamento, experientia docemur. Adſint proenomina liberorum, atque vt, quum ipſe non ſcripſit vltimam voluntatem parens, addat: hanc ſuam inter liberos eſſe vltimam voluntatem, adiecto praenomine et cognomine. Immo quando plures ſint plagulae, cuiuis in fine primae, vel vtriusque faciei ſubſcribat, ac plagulas filo, quod vocant, die troſſel, conſuat.

## § XXV

### PARENTVM EPITHETA LIBERIS DATA.

Pater materue filio elogium tribuebant: bono, aut dulciſſimo, amantiſſimo, piiſſimo, vel innocentiſſimo, vel rariſſimo, vel optimo, pientiſſimo, ſiue pietatis rariſſimae, ſeu piiſſimo, ſiue pio, vel ſanctiſſimo et pientiſſimo, vel ſuo piiſſimo et dulciſſimo x).

## § XXVI

### EPITHETA FILIAE.

Dulciſſimam nominabat pater materue, addens nonnumquam: et forma ſingulari et moribus poſſimis doctrinaque, ſupra legitimam ſexus ſui aetatem, praeſtantiſſimam, vel pietatis rariſſimae, aut piiſſimae y).

## § XXVII

### PARENTALE NVNCVPATIVVM.

Eſt vltima voluntas verbis ore prolatis, coram teſtibus duobus, exceptione omni maioribus, quid parens poſt

x) HVBERTVS GOLTZIVS, Herbipolita Veloianus, theſauri rei antiquariae col. 176, 1644 fol.

y) GOLTZIVS col. 176 ſq.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-223932-p0019-6

poſt mortem ſuam, de bonis ſuis, vniuerſali ſucceſſionis iure, ad liberos deuoluendis, fieri velit.

## § XXVIII
### DIVISIO SEV DISPOSITIO PARENTIS INTER LIBEROS AB INTESTATO.

Eſt declaratio parentis, quid liberorum quilibet de bonis ſuis capiet. Nanciſcuntur bona liberi vel ſtatim, viuo adhuc parente, erga cenſum annuum, aut bonorum reſeruatum, aut vt parens in domo quadam adipiſcatur alimenta, donec viuat. Sic vir aliquis equeſter anno 1742 feodum ſuum filio hac lege refutabat, vt hic patri, Hamburgum migraturo, atque ibi commoraturo, quotannis exſolueret nummos vnciales ſexcentos. Cautus tamen ſit parens, inter viuos diuidens, ac ſimul bona ſua diſtribuens. Rariſſimum enim eſt epitaphium, quod Apuliſa mater moeſtiſſima plorans poſuit Geruntio filio: alumno· et· meae· ſenectutis· alendae· ſtudioſo. z)

## § XXVIIII
### PARENTALES CODICILLI AB INTESTATO CONDITI.

Et hi requirunt duos teſtes, prout ea, quae de teſtamento parentali dixi, huc faciunt ac veniunt obſeruanda.

## § XXX
### DIVISIO PARENTALIS SIMPLEX.

Nec annum, nec diem, nec menſem deſiderat. Neque vnciarum numerum expoſcit, obſeruante BENEDICTO CARPZOVIO. a)

z) penes IANVM GRVTERVM l. d. p. 658 num. 5.

a) iurisprudentiae forenſis P. III conſtit. IV def. 22 et 23, IO. CAROL. KOENIG de parentibus inter liberos diſponentibus cap. V § 6 p. 44, 1744, 4.

## § XXXI

### REQVISITA SIMPLICIS DIVISIONIS PARENTALIS.

Sit haec viſio! Eques quidam pactis dotalibus filiae ſuae, iam in matrimonium circiter a. 1730 collacatae viro equeſtri, inſcripſerat haec: „ dieſer meiner älteſten toch-„ ter habe ich zwar 10, 000 Rthr. zum brautſchatze mit-„ gegeben; allein eine iede meiner zwo andrer iüngerer „ töchter ſoll nur 6000 Rthr. haben; ſintemal dieſe älteſte „ mir im witben-ſtande etliche und mehrere 1000 Rthr. „ erſparen helfen!„ Carebat haec ſcriptura die ac conſule. Praenomen atque cognomen fuerant omiſſa. De manu tamen ſcribentis nullum ſuppetebat dubium. Sigillo autem deſtituebatur haec diuiſio. Erant ICtorum Ordines, qui ſtabant pro hac diuiſione, patriis ac familiae moribus nixi. Vrgebat filia natu ſecunda, lautam opimamque nunc patri acceſſiſſe hereditatem agnati, ſeque laeſam putabat in legitima portione. Iudex tum primae tum ſecundae inſtantiae contra fratres ſecundum hanc filiam iuniorem iudicabat, iuſſitque, vtrumque fratrem filiae XX millia florenorum pendere, patris heredes.

## § XXXII

### DEFINITIO DISPOSITIONIS QVAM PARENTES CONDVNT INTER LIBEROS.

Poſteaquam hoc argumentum ad chronologiae ſeriem enarraui, iam de ſignificatu ac diſpoſitionis huius natura diſpiciam. Notat vero animi ſententiam et declarationem, quae huius eſt loci. De ceteris ſignificationibus docuere IACOBVS GOTHOFREDVS b), IACOBVS GV-



THERIVS

b) gloſſarii nomici T. VI P. II codicis Theodoſiani, p. 88, 1745 fol.

THERIVS c), BARNABAS BRISSONIVS d), IO. MATTHIAS GESNER e), ROBERTVS STEPHANVS f), SAMVEL PITISCVS g), MARIVS NIZOLIVS h), COELIVS SECVNDVS CVRIO i) ac IOAN. KER k), denique IO. HIERON. HERMANN l).

## § XXXIII

### DEFINITIO PARENTALIS DISPOSITIONIS.

Diſpoſitio parentum inter liberos eſt iuſta de eo ſententia, quod inter illos fieri velint m). Germanis dicitur der älterliche wille, die väterliche willensmeinung, die mütterliche geſinnung.

## § XXXIIII

### DIVISIONES. DISPOSITIO DE ALIMENTIS.

Condunt illam parentes, vel inter viuos mortiſue cauſſa. Ad actus inter viuos refero vſus vitae neceſſarios patri aut matri, quibus alantur ac ſuſtineantur. Euenit hoc, diſponendo de alimentis, cuidam liberorum adſignandis, aut quum ſibi parentes illa reſeruant n).

§ XXXV

c) de officiis domus Auguſtae lib. III cap. 6 p. 555 - 561, 1672, 8.

d) de verbor. ſignific. p. 343, 1743, fol.

e) nouo theſauro linguae Latinae T. II col. 210, 1749 fol.

f) theſauri ling. Latinae T. II p. 122, 1740 fol.

g) lexici antiquitatum Romanar. T. I p. 677, 1713, fol.

h) theſauri Ciceroniani p. 415, 1588 fol.

i) fori Romani T. I p. 1038, 1604 fol.

k) ſelectar. de linguae Lat. obſeru., Londini 1719, 8, P. II h. v. et P. II.

l) concordantiae iuris, p. 283, 1745, 4.

m) HAINR. HAHN de diſpoſitionibus parentum inter liberos, Helmſtadii 1662, 4, §. 9.

n) Vario modo liberis, his euentis, proſpiciunt. Sunt enim ali-

## § XXXV

### SECVNDVM PARENTALIS DISPOSITIONIS GENVS INTER VIVOS.

Fit quandoque, vt parens de liberorum ſponſalibus diſponat, aut diſſenſum commonſtret de aliqua perſona, in matrimonium non ducenda. Aut de dote diſponitur.

## § XXXVI

### TERTIA VISIO.

Interdum de donatione, liberis facta, diſponunt parentes, v. g. filio in caſtra abituro donatur, aut de non conferendis ſtudiorum impenſis, aut de dotis datione, aut de remittendo vſufructu in bonis maternis, aut remunerat pater liberorum quemdam.

## § XXXVII

### INSPECTIO QVARTA.

Mutuum, quod pater materue filio dedit, filiaeue ſuae.



aliquando ad ſucceſſionem inhabiles, de quibus EBERTHOLD. BECKMANN a. 1681, 4, Altdorfi, egit. Aut de partu quaeritur inceſtuoſo, teſte IO. HAINR. FELTZ, 1710, 4. Vel ſermo eſt de matre, alimoniam praeſtante, quod argumentum pertractauit CAR. GOTTL. KNORR, 1724, 4. Aut filio parens alimenta adſignat, teſte LÜDERO MENCKEN p. 140-146 diſſertationum, iunctim 1705 editarum, 4. Vel de alimentis filiae nobilis agitur, quod thema expoſuit IO. IOACH. SCHOEPFER 1685, 4, vel denique partus adeſt adulterinus, de quo egit ERNESTVS TENZEL Erfordiae, 1730, 4. Quae ad tuendum corpus formandumque ingenium faciunt, huc refero, artemque addiſcendam. Sumtus vero ſtudiorum in vniuerſitate quadam litteraria, in dubio hic haud veniunt, ſed interna externaque alimenta, vtpote cibaria, medicinae, veſtiaria, calceamenta, habitatio, ligna, impenſae funebres, famuli, HAINR. HAHN de alimentis § 3 et 4, 1652, 4.

ſuae. Hinc quaeſtio ſuboritur: num paternum ſubſidium maternumue naturam habeat mutui? nec ne? o)

## § XXXVIII

### QVINTA DIVISIO.

Venio ad commodatum depoſitique contractum, de quo pater diſponit inter viuos, materue. Item contingit ratione emtionis venditionis: locationis operarum: mandati: legitimae paternae adminiſtrationis bonorum filii familias: transactionis de his: emancipationis liberorum: ſeparationis bonorum: prolium vnionis: iuris primogeniturae p).

## § XXXVIIII

### DISPOSITIONES PARENTALES MORTIS CAVSSA.

Eſt teſtamentum minus ſollemne patris matriſue, inter liberos ſuos diſpoſiturorum, de eo, quod poſt mortem ſuam ratione liberorum velint fieri.

## § XXXX

### DIVISIONES HVIVS TESTAMENTI.

Aut ſcribitur, aut nuncupari ſolet. Scribitur vel per alium vel ab ipſo parente.

o) Sunt complures, qui hoc ponunt in numero mutui, quos percenſet TOBIAS BARTH diſſenſu in praxi, centur. V diſſ. 487 § 1. Donationi illud accenſent alii, IO. BALTAS. L. B. DE WERNHER P. I obs. for. CLXVI. Adi quoque ANDR. FLOR. RIVINVM de ſubſidio paterno, 1730, 4, et Perill. IO. GE. ESTORIS rechtsgelahrheit der Teutſchen cura Ill, IO. ANDR. HOFFMANNI.

p) de liberorum venditione et oppignoratione videndi ſunt IO. PHILIPP. DATT de venditione liberorum, Vlmae 1705, 8, et GEORG. CHRISTIAN. GEBAVERI de patria poteſtate diſſ., HAHN de diſpoſitionib. parentum §. 42.

§ XXXXI

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-223932-p0024-0

## § XXXXI

### QVINAM CONDANT ILLVD?

In aprico eſt, et patrem et matrem, vel cuiuscunque ſint gradus ſexusue adſcendentes.

## § XXXXII

### LIBERI CAPIENTES EX ILLO.

Intelliguntur in poteſtate conſtituti vel emancipati nati legitimo modo vel legitimati, etiam nepotes neptesque.

## § XXXXIII

### NVM NATVRALES?

De naturalibus liberis non eadem proſtat opinio ICtorum. Sunt, qui adfirmant, matrem illuſtrem plebeiamue inter liberos ſuos naturales aut ſpurios recte diſponere q). Mihi videntur rationes ita ſubducendae. Sub Imperatoribus Marco et Commodo, Vettio Rufo et Corn. Scipione Orphito Coſſ. anno Chriſti CLXXVII factum eſt SC. Orphitianum, quo liberi ad inteſtatarum matrum hereditates vocati ſunt r). Acceperunt ius ſuccedendi cum legitimi, tum naturales tum vulgo quaeſiti. Immo poſtea prodeſſe coepit hoc SC. nepotibus ac neptibus. Imp. Iuſtinianus negauit ſucceſſionem ſpurio, ex femina illuſtri nato s). Lex quidem hereditatem maternam ſpuriis tribuit t); natis vero ex illuſtri illam, vt dixi, denegat, niſi vim paſſa fuerit illuſtris mulier u). Iure Germanico nec

 inſignia

q) HAHN l. d. § 57.

r) FRIDER. PLATNER hiſtor. iuris ſcientiae § 851 ſq. p. 122, 1760, 8.

s) l. 5 C. ad SC. Orphitian.

t) l. 2 et 8 D. vnde cognati.

u) IO. FRIDER. GVIL. DE NEVMANN inſtitutiones iuris Principum priuati § 101 p. 133, 1747, 4.

inſignia nec dignitatem matris adipiſcuntur x). Plebeius partus ſpurius geradam capit iure Saxonico. Illuſtri matre natus nec hac potitur y).

## § XXXXIIII

### RES DE QVIBVS DISPONITVR.

Sunt hae propriae parentibus non alienae; z) Ita tamen, vt diſtinguas: vtrum expreſſis verbis in re aliena heres fuerit inſtitutus, quae inſtitutio haud valet; an vero res aliena penes teſtatorem exſiſtat; ſiquidem hoc caſu licita eſt heredis inſtitutio a).

## § XXXXV

### REQVISITA HVIVS DISPOSITIONIS.

Vt parens, qui litteras pingere callet, ipſe ſcribat teſtamentum ſuum minus ſollemne: II aut vt huic ſubſcribat, ſi alter hoc litteris mandauerit: III vt teſtator tempus adiiciat, quando teſtamentum ſuum condidit, nempe annum, menſem ac huius diem: IV vt nomina liberorum adſcribat teſtator aut propria aut ſcriptoris manu: V vt libeberos nominet heredes inſtituendo, aut vulgariter ſubſtituendo, aut pupillari vtendo ſubſtitutione: VI opus eſt titulo

x) Idem de patria poteſtate Principum p. 160 ſq. § 263, 1751, 4.

y) Idem de hereditatibus et ſucceſſionibus Principum § 401 p. 278, 1752, 4. LÜDER. tamen MENKEN patri denegat ius, illum codicillis poſſe ſpuriis aliquid largiri, p. 650 diſſert. iuridicar. 1705, 4.

z) VLR. THOMAS LAVTERBACH collegii theor. pract. π. lib. XXVIII tit. I § 40 p. 683 vol. II 1723, 4, MATTHAEVS WESENBEC ad D. lib. XXVIII tit. 5 § 5 p. 152 P. II, 1675 fol.

a) BARTHOLOM. LEONHART. SVENDENDOERFER ad AMADEI ECKOLDI compendiar. π. tractationem p. 702 § 25, 1694, 4.

tulo inſtitutionis vniuerſali, quum legatarii aut fideicommiſſarii nomina haud ſufficiunt b): VII vt extraneus admiſceri nequeat, veluti vxor c).

## § XXXXVI

### INAEQVALIS INSTITVTIO.

Sat eſt, parentem liberos inſtituiſſe heredes; num aequaliter an vero inaequalibus portionibus? hoc perinde eſt. Dummodo, vnciae exprimat quantitatem teſtator parens: II hic duorum teſtium praeſentium haud negligat. Feminas teſtes hic admittunt et HAHNIVS et MENCKEN.

## § XXXXVII

### PARENTALIS TESTAMENTI EFFECTA.

In numerum veri teſtamenti illud referre nos oportet d). Hinc tutor filiis ceteris recte datur: II liberi ſunt ſucceſſores teſtamentarii.

## § XXXXVIII

### PRAECIPVA HVIVS TESTAMENTI.

Non opus eſt, vt roget teſtes parens teſtaturus. Mulier tamen teſtis eſſe nequit. Vno opus haud eſt contextu, nec

b) FRIDER. REINH. OTTO de teſtamento priuilegiato parentum ſcripto § 20 ſqq. 1680, 4, Argentorati, ERNEST. FRIDER. SCHROETER de teſtamento patris inter liberos cap. VI Ienae 1661, 4.

c) FERDIN. CHRISTOPH. HARPPRECHT de admixtione perſonae extraneae in diſpoſitione parentum inter liberos p. 1883-1924, Vol. I diſſertationum academicar. 1737, 4to mai., HAHN l. d. § 69, IO. FLORENS RIVINVS de teſtamento parentum inter liberos, coram duobus teſtibus condito, reſpectu extranei inualido § 19, 1726, 4.

d) SCHROETER d. l. cap. III, HAHN l. d. § 73 ſq.

nec teſtium ſignis nec ſubſcriptione. Clauſulam codicillarem illi ineſſe vulgo contendunt e).

## § XXXXVIIII

### INFIRMATIO EIVS.

Oportet parentem aliud conficere teſtamentum, quo derogatum it ei teſtamento, quod inter liberos iam condiderat: II vt teſtamentum, quo derogatu eſt teſtamento, inter liberos iam facto, coram ſeptem teſtibus condatur f). Nec teſtamentum parentum inter liberos infringit teſtamentum prius ſollemniter confectum g); quamuis aliter ſentiat WOLFGANGVS ADAM. LAVTERBACH h), atque prius parentale e medio tolli per parentis poſterius contendat.

## § L

### MINVS SOLLEMNIS MODVS TESTANDI INTER LIBEROS PER CODICILLOS HAVT SOLLEMNES.

Quum pater materue familias caret animo liberos ſuos heredes inſtituendi, vltimam voluntatem habemus, quam codicillos vocamus, eosque ex legis beneficio conditos.

## § LI

### DEFINITIO ILLORVM.

Sunt vltima voluntas, qua parentum quidam absque heredis inſtitutione, inter liberos aliquid ſupremae voluntatis ergo diſponit i).

§ LII

e) SCHROETER l. d. cap. X.

f) SCHROETER cap. XI, l. d., HAHN § 78.

g) ANDR. FLORENS RIVINVS de teſtamento parentum priuilegiario, ſollemne prius conditum non infirmante § 13 p. 18, 1754. 4, HAHN l. d. § 79.

h) Notante RIVINO l. d. § 8 p. 14. Atque inciſio huc pertinent, item inductio pariter ac cancellatio.

i) Compara LÜDERVM MEN-

## § LII

### DIVISIO CODICILLORVM PARENTALIVM.

Dantur ſcripti, nuncupatiui, cum teſtamento, vel ſine illo, expreſſi, taciti, quos aliqui minus bene vocant praeſumtos k).

## § LIII

### PER FIDEICOMMISSVM LIBERIS RELINQVITVR HEREDITAS.

Hoc dogma ex iuris principiis cuique cognitum eſt ac perſpectum l).

## § LIIII

### FORMA CODICILLORVM PANENTALIVM.

Parens codicillos condit coram teſtibus maſculis duobus. Caecus vero vtitur vel tabellione vel teſtibus tribus m).

## § LV

### PARENTALIS DISPOSITIO IN EPISTOLA. HVIVS DIFFERENTIA A CODICILLIS.

Chartae plures, ſiue vt dicimus hodie, folia, per oras extremas inter ſe conglutinatae, ac deinde in cylindri

MENCKEN de codicillis parentum inter liberos, ex priuilegio conditis § 1 p. 641, inter diſſertat. eius iuridicas, 1705, 4.

k) MENCKEN l. d. § 5 p. 644.

l) MENCKEN l. d. § 20 p. 658.

m) Codicilli erant codices minuti et pugillares tabulae, cera illitae, quas ad vſum quotidianum ſecum circumferebant Romani, vt ea, quae ſubito veniebant in mentem, ſtilo impreſſo inſcribeeernt, et aliis mitteernt, praeſertim ad amicas, PAVLL. MANVTIVS ad lib. IV epiſtolar. 12 et lib, IX ep. vlt. ac PETR. BVRMANN. praeſ. ad Petronium p. 1 ſq. 1700, 4.

dri, conue aut columellae formam conuolutae, dicebantur *volumina:* codices autem ſeu caudices erant tabulae plures e materia quacunque, in qua ſcribi poſſet, aliae ſuper impoſitae aliis, non tamen ad aliarum oras adtextae n). Hinc volumina proſtabant ex ebore, charta, philira, tilla, corio, membrana. Tabulas minori forma compactas dicebant codicillos, quibus vtebantur feſtinantes, in itinere, conuiuiis, ſenatu, cet. Diplomata Principum, quibus deferebantur honores, codicilli erant. ICtis codicilli ſunt vltima voluntas minus ſollemnis. Forma illorum fuit epiſtolaris o), quadrata vel triangularis p) in formam Graeci Δ. Qui ſcribebant epiſtolas, vocabantur a codicillis q), et ab epiſtolis. Codicillum in ſingulari defendunt IACOB. FORNERIVS r) et MARQVARD. FREHER s). M. TVLLIVS CICERO praefert pluratiuum t).

## § LVI

### EPISTOLA QVID?

Eſt ſcriptura ad abſentem emiſſa u), cera et lino ſubſignata, quam vulgo dicunt miſſiuam, de re, quam alter igno-

n) CAROL. ANDR. DVKER de latinitate ICtor. veterum p. 104, 1711, 8, CLAVD. SALMASIVS de modo vſurarum cap. X p. 405, 8.

o) CHRISTIAN. HAINR. TROTZ ad Hugonem de prima ſcribendi origine p. 375 ſq. 1738, 8 mai.

p) CHRIST. VLRIC. GRVPEN obſeruat. de forma conficiendi acta apud Romanos p. 168, 1753, 4.

q) IACOB. SPONIVS miſcellan. erud. antiquitatis p. 207.

r) ſelector. II cap. 9.

s) parergor. II cap. 25.

t) IO. AVGVST. ERNESTI in claue Ciceroniana 1739, 8 mai., IO. MATTHIAM GESNERVM T. I linguae Romanae theſauri col. 798.

u) GVIDO PANCIROLLVS variar. lectionum lib. I cap 29, emiſſam dici, non vero miſſam, contendit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-223932-p0030-3

forſan ignorabat x). Scribebatur minoribus membranis ad paginas inſtar libelli memorialis y). Emittebantur per nuntios pedeſtres celerrimos z). Codicilli mittebantur ad praeſentes in loco a). Critici diſcrimen ignorant inter epiſtolam hominis vltimam atque codicillos. At differunt vtique. Teſtamentum per modum epiſtolarum condimus, quod non procedit in codicillis.

## § LVII

### EPISTOLA HOMINIS VLTIMA.

Voco ſcripturam in forma litterarum ad aliquem directam, qua diſponens declarat, quid poſt obitum ſuum fieri velit.

## § LVIII

### DIVISIO.

Eſt vel abſoluta, quae propria virtute valet; vel referens, quae ad aliam voluntatem ſe refert. Referens vero aut declarans eſt; aut explicans, quae indefinite generatim propoſita ſuis circumſcribit limitibus, ſeu, vt loquuntur, determinat: aut diſponens, quae noua a priori voluntate vltima continet. Abſoluta ſiue per ſe ſubſiſtens imitatur codicillos, et ab inteſtato quoque viget. Abſoluta vel aliquid diſponit, vel diuidit inter heredes ab inteſtato venientes: vel confirmat, quae inualide in alia voluntate erant relicta: vel confirmat et declarat ſimul. Datur



